Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cinctorio contegitur: facit illud uasa terrū/
psuę crucis mystę ... rum. reparans hominē
pditum/ faciens de reo innoxium/ de capti
uo liberum/ de seruo filium. Sicut placuerat
in oculis eius ut faceret/ sicut ab æterno dis
posuerat. ut sua incarnatione & passione
genus humanum REDIMERET.

ZACHARIAS/ pha. precedat/ & quid de
xpi passione uel resurrectione uiderit
HUIE inquit illa magnus erit Vedicat.
planctus in ierlm. sicut planctus ad adremon.
in campo magreddo/ & planget terra/ familię
& familię seorsum. familię domus dauid se
orsum/ & mulieres eorū seorsum. familię do
mus nathan seorsum/ & mulieres eorū seorsū.
familię domus leui seorsum/ & mulieres eorū
seorsum. familię semei seorsum/ & mulieres
eorū seorsum. Omnes familię reliquę fami
lię & familię seorsum/ & mulieres eę seorsū.

PLANCTUS/ pprie mortuorū dicitur/
qui ubicunq; agitur: fletibus. psalmo
diis. & signorū sonis celebratur: In die g̃ di
uinę clementię. qua scilicet filius dei in cru
ce; p salute humani generis moritur/ Planc
tus magnus in ierlm. idest in sancta ecclesia
ortur: Planctus iste die noctuq; in sancta
ecclesia agitur/ eū passio redemptoris nri.
nocturnis ac diurnis hymnis. ymnis & psalmo
diis. uel missarū officiis. celebratur: Qui ni
mirū planctus esse dicitur: sicut planctus
ad adremon. Adadremon. testimonium
sublimium interpratur: Qui nam sunt is
ti sublimes/ nisi sancti pphę & aplí/ canonicę
scripturę auctores & conditores/ Quorum
pfecto testimoniis edocemur/ quo studio. q̃
uigilantia. qua obseruantia. sacramenta do
minicę passionis die noctuq; uenerentur:
In campo magreddon. Magreddon poma
uel cenacula dicitur/ de quibus utrisq;
odoris fragrantia trahitur: Sic & de me
moria dñicę passionis dulcis odor fideli
um mentibus infundtur/ p quē carna
lis fetor concupiscentię restinguitur:
Planget terra/ quia scā ecclesia p orbem
terrarū diffusa. sup dñicę passionis mys
teria. cotidiana pēum & lacrimarum
suarū offert uota. familię & familię se
orsum/ quia familię continentiū. & fa
milię ceterorū fidelium. dñicę passionis
& resurrectionis memoriā colent seorsū/
illi quidem p orationis & meditationis
instantiam/ isti autē p elemosinarum be
niuolentiā. & utriq; p continentiam.
familię domus dauid seorsum/ & muli
eres eorum seorsum. Quatuor familię
hic describuntur/ quibus quatuor eccle
successiones a passione xpi usq; in finē
seculi exprimuntur: familię domus da
uid. fuerunt sancti aplí/ qui illius ma
nu fortis. uel usu desiderabilis. in quem
pspicere angeli desiderant. speciales erant
filii & ministri. Unde ipse loquitur eis.
Ego uos elegi de mundo/ & posui uos ut
eatis & fructū afferatis/ & fructus uester
maneat. Et iterum. Vos estis qui pman
sistis mecum in temptationibus meis/ &
ego dispono uobis sicut disposuit michi
pater meus regnū. familię g̃ domus da
uid seorsum. planguntur/ quia sancti aplí.
dñicę passionis & resurrectionis memo
riā. speciali p omnibus dilectionis & com
passionis affectu recolunt. Quorū pfecto
ardorem duo illi innuunt/ qui cū eum
in fractione panis cognouissent. & ipse